



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis**

**Palma, Luis de la**

**Antverpiae, 1634**

Materia eiusdem circa Exercitia spiritualia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](#)

mò , Se non laudare , nec de se suif-  
qué rebus loqui ; nec velle innotesce-  
re, si charitas & obedientia hoc non  
imperent . Secundò , Suos defectus  
non excusare . Tertiò , Nec directè  
nec indirectè honorifica prætendere,  
sed sui obliuisci , séque committere a-  
lienæ dispositioni . Quartò , Sine morâ  
cogitationibus vanis occurrere .

M O D E S T I A . Non agitare leuiter  
caput ; manus seruare quietas ; non  
corrugare frontem aut nasum ; in ca-  
chinos non prorumpere ; pileum re-  
liquumque vestitum habere decenter  
composita .

*Circa Exercitia spiritualia.*

P Rimum , Fecisse distributionem  
temporis in rebus quę meo arbitrio  
relinquuntur, eamq; exactè seruare . Se-  
cundum , Omnia Exercitia spiritualia ,  
quantum fieri poterit, suis horis facere .  
Tertium , Seruare in illis accurate ad-  
ditiones & instructiones , &c .

Quoad

Quoad MINISTERIA; Primò, Ea exactè facere , non se excusando , nec onus in alios reiiciendo , nec habendo acceptionem personarum. Secundò, Defectus suos circa suavitatem , maturitatem , rigorem , & negligentiam seu remissionem , &c. diligenter examinare , & remedio inuigilare.

Quoad RECREATIONES ; Firmiter statuere , nullam velle sine rei utilis narratione recreationem transfigere , multoq; minus , si extra recreationum tempora cum domesticis aut sæcularibus agendum sit.

*Circa Exercitium virtutum.*

**A**ctiones virtutum aliquæ sunt exteriores , aliæ interiores : & utriusque producemos exempla , vt de illis examen particulare fieri possit , certas sibi vices præscribendo , quibus tales virtutum actus tam manè quam vesperi erunt exercendi.

ACTIONES EXTERNÆ HVMILITATIS sunt : Prima , Demissè de se loqui , vel